

*Dei Romanorum : Iuppiter pater deorum et hominum erat. Omnium deorum ille potentissimus fuit. Mars, filius Iovis et Iunonis, deus belli erat. Hic deus pugnas et caedes semper amabat. Iuppiter et Mars semper inimici erant. Apollo omnium deorum sapientissimus erat. Vulcanus arma deis et hominibus fecit. Minerva filia carissima Iovis erat. Neptunus et Pluto fratres Iovis erant. Mercurius nuntius deorum erat.

Atsakykite lotyniškai :

1. Quis deus potentissimus fuit?
2. Quis deus erat deus belli, inimicus Iovis?
3. Cuius filius erat Mars?
4. Quis deus erat sapientissimus?
5. Quis deus arma fecit?
6. Qui dei erant fratres Iovis?
7. Quis erat Mercurius?

**Haec narrantur a poetis de Perseo. Perseus filius erat Iovis, maximus deorum; avus eius Acrisius appellabatur. Acrisius volebat Perseum nepotem suum necare; nam propter oraculum puerum timebat. Comprehendit igitur Perseum adhuc infantem, et cum matre in arcam ligneam inclusit. Tum arcam ipsam in mare coniecit. Danaë, Persei mater, magnopere territa est; tempestas enim magna mare turbabat. Perseus autem in sinu matris dormiebat.

1. Qui narrant de Perseo?
2. Cuius filius erat Perseus?
3. Quis erat avus Persei?
4. Cur Acrisius volebat Perseum necare?
5. Quis erat mater Persei?

nepos, nepotis m.: grandson, decendent,
oraculum, -i n.: oracle
Acrisius, -ii m.: Acrisius,
adducō, -ere, -xī, -ctum: to lead to, bring,
adhuc: still
arca, -ae f.; chest, box, ark,
avus, avi m.: grandfather,
comprehendō, -ere, -dī, -sum: grasp, seize,
Danaë, -ēs f.: Danae,

inclūdō, -ere, -ūsī, -ūsum: close in, shut in,
infāns, -fantis m. f.: infant,
terreō, -ēre, -uī, territum: to terrify, scare,
sinus, -ūs m.: bosom, lap,